



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 49. Cæsaris consensus in pacem cum Galliarum Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. Francisci I. ultro citroque agebant.
A.C. 1526 Tandem vero post crebras utrinque con-
 tentiones de sequentibus conventum est
 conditionibus. I. Franciscus Rex om-
 nia sua jura, titulosque in Mediolanen-
 sem ditionem non minus, quam in Nea-
 polis & Siciliæ Regnum missos faciet.
 II. Borbonio omnes ditiones, & præ-
 dia restituet, ac damna eidem a tempore
 sui e Galliis discessus illata resarciet.
 III. Angliæ Regi debitam pecuniarum
 summam solvet. IV. Lytrum Cæsari ab
 ejus Deputatis præscribendum pro li-
 bertate recuperanda pendet. V. Impe-
 ratorem cum exercitu terrestri, ac ma-
 ritimo ad suam coronationem euntem
 comitabitur.

§. XLIX.

*Cæsaris consensus in pacem cum Gal-
liarum Rege.*

Verum Cæsar hisce conditionibus nec-
 dum contentus erat; unde Franci-
 scus Galliarum Rex diuturnæ captivita-
 tis tædio adactus Selvam Præsidem, ac
 Montmorencium Ducem die secunda Ja-
 nuarii Anno Salutis millesimo quingen-
 tesimo vigesimo sexto adesse jussit, da-
 to utrique negotio, ut quovis demum
 pacto Regis sui libertatem procurarent,
 hancque in rem quæcunque peterentur,
 omni-

omnino concederent. Tanta promitten-
 di facilitas brevi pacis consilia promo-
 vit; moxque die decima quarta Februa-
 rii celebres illæ pactionis tabulæ, quæ
 vulgo *Madritensis Tractatus* nuncupantur,
 utrinque firmatæ fuerunt. Percipia-
 mus præcipuos illius articulos.

Sæcul XVI.
 A.C. 1526.

§. L.

Madritensis pacis Articuli.

- I. Perpetua Cæsarem inter & Franci-
 scum erit pax, atque amicitia. *Guicc. l. 16.*
Bellof. l. 6.
- II. Eleonora Cæsaris Soror, ac Lusita-
 ni Regis vidua Galliarum Regi despon-
 sabitur; ea vero dotis nomine a Cæsare
 ducenta aureorum millia recipiet, una-
 cum gemmis, totoque mundo muliebri,
 prout Imperatoris Sororem decet; ei-
 demque pro se, suisque hæredibus dun-
 taxat masculis, qui ex hoc connubio su-
 scipientur, Maconensis, & Antiffiodo-
 rensis Comitatus præter Barium ad Se-
 quanam adjicientur. III. Educetur Rex
 e custodia saltem decimo die Mensis
 Martii, quo idem prope Fontarabiam
 ad Regnum suum deferetur, eodemque
 die ac hora, qua Gallias intrabit, am-
 bo Regis Filii in Hispaniam venient,
 qui Cæsari in obsides dabuntur, vel fal-
 tem in locum Henrici Aurelianensis Du-
 cis, qui natu minor erat, duodecim ex

Spond adan.
 1526. §. 1.

G 4

poten-